

decis. 135, num. 2, et in Astensi Prioratus super institutione 7 Decembris 1708, § *Equæ magis*, coram Aldovrando, et in Senogallien. Canonatus de Luchis 23 Junii 1710, § *Quin profecerit*, coram Aldovrando, et in Civitatis Castellii Canonatus 12 Martii 1714, § *Ratio fiat*, coram Eminentissimo Scoto; Piton. allegat. 68, n. 10. Rocc. *Disp. juris* cap. 190, num. 22, et alii. (41. Nam vocatus per Fundatorem cum præcepto, quod hæres eum præsentet, dicitur præsentatus ab eodem Fundatore; Rota coram Buratto dec. 755, num. 4, et coram Pamphilio dec. 99, num. 3. Piton. *de Controvers. Patron.* allegat. 82, num. 18. (42. Unde Patrono recusante præsentare quem nominavit Fundator, potest hic nedum irrequesito, sed immo etiam invito Patrono, comparere coram Superiore, et petere, ac obtinere Institutionem; Card. de Luca *de Jurepatronat.* discurs. 20, numer. 7, vers. *Etiã sine præsentatione*; Piton. cit. allegat. 82, num. 10. Rota coram Buratto dec. 755, num. 2, et in recentior. part. 12, dec. 68, num. 2, part. 15, dec. 335, num. 1, et seq. et in Valentina Beneficii 9 Januarii 1693, § *Moti*, et 4 Aprilis ejusdem anni § *final*. coram Molines Decano: (43. cum oppositio passive vocati habeatur pro præsentatione; Rota coram Pamphilio dec. 99, num. 3. Piton. allegat. 52, num. 37, et alii.

(44. Ordinarius conferendo jure devoluto, tenetur, servata forma in fundatione Beneficii præscripta, conferre passive vocatis; *Garcias de Beneficiis* part. 10, cap. 3, n. 42. Gonzalez ad regul. 8. *Cancellariæ* gloss. 46, num. 33. Lotter. *de Re Benefic.* lib. 2, quæst. 24, n. 26 et 63. Monacell. part. 1, tit. 2, num. 13. Piton. allegat. 75, num. 71, et Rota in Tusculana Capellanæ 15 Mart. 1715, coram Ansaldo impressa apud Piton. loc. cit. (45. Et id observat etiam ipsamet Sedes Apostolica in Beneficiis ad ipsam devolutis, nullum unquam præjudicium inferens personis in fundatione passive vocatis; Rota coram Bich. dec. 489, num. 17, et in recentior. part. 17, dec. 321, num. 7, et in Barchinonen. Beneficii 2 Decembris 1701, § *Nec attendendum*, et 24 Mart. 1672, § 1, coram Cardinali Caprara, et 27 Mart. 1703, § *fin.* coram Lancetta, et in Vicentina Beneficii 27 Febr. 1713, § *Præterea*, coram Aldovrando, et in diet. Tusculana Capellanæ 15 Maii 1715, coram Ansaldo, impressa apud Piton. loc. cit. num. 72.

(46. Præsentatus per medietatem vocum, et habens gratiam Apostolicam cum derogatione alterius medietatis præfertur alteri solum medietatem habenti; Rota part. 18, recent. dec. 667, num. 19, et in Romana Capellanæ Sancti Nicolai 28 Jun. 1709, et in Majoricensi Beneficii 6 Decembr. ejusdem anni Quoique indubitantius coram Ansaldo, ac in Sorana jurispatronatus 22 Januar. 1712. Conclusio, coram Falconerio, Pitonius *de Controversiis Patronorum*, allegat. 94, n. 2, et alii.

(47. Habens unam vocem privativam et aliam cumulativam præfertur habenti unam

tantum cumulativam; Lambertin. *de Jurepatronat.* lib. 2, part. 2, quæst. 7, art. 13, num. 7, vers. *Immo*, Pitonius loc. cit. allegat. 100, num. 36, et alii passim.

(48. Clericus in paritate gradus præfertur Laico; Pitonius loc. cit. allegat. 32, n. 6, 19 et 21, cum variis aliis ibi adductis. (49. Item inter pares gradu æque dilectos præfertur ætate major, et clericus antiquior, præsertim in beneficio Sacerdotali in habitu, ubi major aptitudo præfertur, quæ reperitur in eo qui est magis proximus ad Sacerdotium; Rota in Volaterrana Beneficii 7 Decemb. 1708, § *Verum quoque*, coram Crispo; Panimoll. dec. 106, adnot. 1, num. 12. Amostaz. *de Causis pîis* lib. 3, c. 12, num. 46, in fine, Pitonius loc. cit. alleg. 83, num. 15, et alii.

(50. Item in Beneficio licet Sacerdotali in habitu præfertur Sacerdos Clerico. Dignior enim Clerico est Sacerdos; Vivian. *de Jurepatronat.* lib. 12, cap. 9, num. 3. Amostaz. *de Causis pîis* lib. 3, cap. 7, d. num. 47 ad 42, et c. 9, num. 46. Seraph. dec. 968, n. 1. Rota coram Zarat. dec. 18, num. 4, et coram Cerro dic. 458, n. 3, et coram Peutingger. dec. 343, num. 4, et coram Emerix jun. dec. 911, numer. 6. Pitonius loco cit. allegat. 7, numer. 10.

(51. Ubi Fundator requisivit Sacerdotium in habitu, præfertur ille, qui est Clericus de tempore vacationis, alteri, qui est Laicus, et Clericatum assumpsit tempore quadrimestris. Cum enim Clericus antiquior, et ætate major sit magis proximus ad Sacerdotium, est omnino præferendus in præsentatione per Patronum, et in Institutione per Ordinarium ratione sic præsumptæ voluntatis Fundatoris requirentis præsentando, et instituendo Sacerdotium in habitu; Rota, part. 15, recent. dec. 241, n. 2. *Garcias, de Beneficiis*, part. 7, c. 1, n. 73. Pitonius, loc. cit. allegat. 85, n. 13, et alii.

(52. Civibus, et Parochianis tanquam Compatrionis competit privilegium prælationis in paritate vocum; Pitonius, loc. cit. allegat. 4, num. 20 et 22, cum aliis ibi allegatis per Text. in c. *Nullus invitis* 13, dist. 61, et cap. *Hortatur*, 8, dist. 61.

(53. Compatrionus in paritate vocum habet Prælationem de jure ad Beneficium; Lambertin. *de Jurepatr.* lib. 2, part. 3, q. 5, artic. 7, per tot. Barbosa, *de Potest. Episcop.* alleg. 72, num. 203. Pitonius, loc. cit. allegat. 6, num. 5. Rota, in Mediolan. jurispatronat. 3 Julii 1584, coram Pauluccio, et in Placentina Parochialis, 16 Maii 1708, § *final.* coram Ansaldo.

(54. Habens qualitatem sanguinis, et patronalem, cæteris paribus, anteponendus est habenti tantum qualitatem sanguinis: pluribus enim insignitis prærogativis præfertur insignito paucioribus, et duæ qualitates magis prælationem merentur quam una, cum duo vincula magis stringant; Card. de Luca, *de Jurepatr.* disc. 49, num. 9. Lambertin. *de Jurepatronat.* lib. 2, part. 3, quæst. 5, art. 6, n. 6, et art. 7, num. 2. Carokus de Luca, *de Linea legali*, lib. 1, art. 24, num.

33, § *Si autem*, in fine. Fattinel. respons. 54, n. 8. Pitonius, l. cit. allegat. 6, n. 13.

(55. Compatrionus in paritate vocum præfertur consanguineo alterius Compatrioni præsentato; Pitonius, l. cit. allegat. 6, num. 7, et seq. et allegat. 7, num. 21, in fine cum aliis ibi citatis. (56. Item Compatrionus habens etiam juspatronatus passivum in paritate vocum gratificandus est in concursu præsentati etiam passive vocati, sed non Compatrioni. Pitonius, loc. cit. allegat. 52, num. 39, cum Fattinel. Cardin. de Luca, et aliis ibi citatis. (57. Item præsentatus in paritate vocum semper præfertur in concursu extranei; quando est consanguineus ipsius Patroni licet extranei. Cum enim hæres Patroni licet extranei representet personam Fundatoris, subrogatur in omnibus juribus eidem Fundatori competentibus, adeoque sicuti in paritate vocum præfertur præsentatus de sanguine Fundatoris præsentato extraneo; per Glossam, in cap. *Neminem*, 1, dis. 70, et varias Rotæ decisiones, et doctores cum Pitonio, loc. cit. alleg. 100, num. 379, ita etiam in paritate vocum præferendus est præsentatus de sanguine Patroni licet extranei, in concursu extranei, qui non sit de sanguine Patroni. Sic Rota in Alatrina jurispatronatus 15 Junii 1705, coram Scoto, et in eadem Alatrina jurispatronatus 7 Dec. 1705, coram eodem Scoto, impressa apud Pitonium loc. cit. allegat. 20, num. 19 et 30, cum variis aliis ibi citatis, et Lambertin. *de Jurepatronat.* lib. 2, part. 3, artic. 4, num. 11, in fine, ubi testatur quod ita vidit milites observari in facto.

(58. In Beneficiis etiam vere Sacerdotalibus Sacerdos aptitudine, et de sanguine præferri debet extraneo licet actu Sacerdoti; Rota in Melevitana Beneficiorum 16 Jun. 1710, coram Falconerio impressa apud Pitonium l. cit. allegat. 17, num. 17, expresse dicens, quod in Beneficiis vere Sacerdotalibus, si concurrat extraneus, qui sit Sacerdos in actu, et aliquis de sanguine in aptitudine,

SUMMARIUM.

1. Familiarium nomine qui veniant. — 2. Ut familiaris quis dicatur quæ requirantur. — 3. ad 4. Familiaritas vera, et actualis. — 5. ad 7. Quomodo probetur vera familiaritas. — 8. ad 16. Privilegia familiarium Papæ. — 17. Qui sint Familiares Papæ. — 18. ad 29. Privilegia Familiarium Cardinalium. — 30. Nuncios nemini potest concedere Familiaritates qui sibi actu non serviat. — 31. ad 37. Quomodo possit Episcopus aliquem Familiaritatis titulo ordinare. — 38. ad 39. Et super irregularitate et interstitiis dispensare. — 40. Et dimissorias concedere. — 41. Quæ omnia facere Episcopus Titularis prohibetur. — 42. Familiaritas quoad ordinationem Romæ. — 43. Quoad ordinationem in Minoribus. — 44. — Ad Familiaritatem quæ requirantur. — 45. ad 46. Triennium Familiaritatis quomodo intelli-

(1. Familiarium nomine intelligi debent illi, qui vel patriæ potestati subjiciuntur, vel Dominicæ, et expensis Domini continuo aluntur, indeque Commensales dicuntur; cap. ult. *de verbor. Signific.* in 6. Barbosa *de Offic. et potest. Episcop.* part. 2, alleg. 5. n. 2,

FERRAR. III.

debeat iste ex præsumpta mente Testato præferri; Amostaz *de Causis pîis*, lib. 3, cap. 3, num. 32. Pitonius loc. cit. et alii.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(59. Multa hic consarcinavit Auctor, quæ quidem non sunt hujus Loci. Propriæ vero sunt inspectiones hæc quæ tum in Patronatibus tum in Fideicommissis sæpe occurrunt. *Prima*, vocata familia quando veniat effectiva tantum, et quando item contentiva, de qua agit et ipse Auctor. *Secunda*, quando vocata familia veniant ii, qui quamvis sint de cognomine, tamen nec de familia contentiva sunt. *Tertia*, quando vocata familia, sive effectiva tantum, sive etiam contentiva, veniant non solum Agnati, sed etiam Cognati. *Et quarta* demum, quando vocata familia veniant Fœminæ, de qua Auctor quoque sed minus recte agit.

(60. Nimirum autem esset de his omnibus pro dignitate agere. Vide si lubet de prima inspectione Rotam in Firmana Beneficii 26 Junii 1719, coram bon. mem. Gamach. in Baren. Beneficii super pertinentia patronali 23 Aprilis 1728, cor. clar. mem. Calcagnin. et in Romana Legatorum 28 Jun. 1745, cor. bon. mem. de Vais. De secunda inspectione Rotam in Melevitana Canonatus 14 Maii 1725, cor. clar. mem. Corio, in Caven. celebrationis Missarum 17 Mart. 1727, cor. bon. mem. Gamaches, et in Placentina Beneficii 8 Aprilis 1737, cor. clar. mem. Calcagnin. De tertia inspectione Rotam in Lycien. Jurispatronatus 17. Jun. 1720, cor. bon. mem. Cerro. in Ravennaten. Fideicommissi 24 Febr. 1744, cor. R. P. D. Cantilliae, et 14. Maii 1745, cor. bon. mem. Vicecomite, in Novarien. Jurispatronatus 17. Aprilis 1744, et 26. Jun. ejusdem anni cor. clar. mem. Millin. Et de quarta et postrema inspectione idem Supremum Tribunal in Romana Tenutæ Campi Merli super associatione 28 Jun. 1745, et 16. Januar. 1754, cor. clar. mem. Aldovrando.

FAMILIARIS.

gendum. — 47. Quot Canonicos Familiares assumere possit Episcopus. — 48. Canonicus Familiaris Episcopi lucratur integros fructus suæ præbendæ. — 49. Familiares Episcopi, etiam laici, gaudent privilegio Fori. — 50. Familiares etiam Episcopi Titularis. — 51. Familiares Episcopi, et Ministri suæ Curie sunt omnino exempti a Foro laico. — 52. ad 57. Quomodo et de quibus id intelligendum. — 58. ad 63. Quibus gaudeant privilegia Familiares Inquisitionis. — 64. ad 65. Quibus vinculis teneantur. — 66. Familiares Regularium quoad præceptum Paschale. — 67. Quando Familiares Episcoporum gaudeant privilegio fori. — 68. ad 69. De triennalibus Episcoporum Familiaribus. — 70. Quæ conditiones requirantur ut Episcopus Familiares suos possit ordinare. — 71. Vel litteras dimissorias impertiri.

cum plurimis aliis ibi citatis. (2. Unde ut Familiaris quis dicatur mens, et dens, et sic præstatio victus; Rota part. 1, recent. dec. 584, n. 3. (3. Familiaritas enim vera, et actualis est, quæ contrahitur mente, et dente; Rota part. 5, tom. 1, dec. 22, num. 6.

part. 12. dec. 257. num. 11. part. 17. dec. 33. num. 5. (4. Requiritur etiam ad contrahendam certam familiaritatem destinatio ad certum servitium; Rota part. 1. dec. 584. n. 3. part. 5. tom. 9. dec. 22. num. 6. (5. Ut probetur vera familiaritas debet concurrere consensus Domini, et mens Familiaris illam contrahendi; Rota part. 2. dec. 711. num. 7. part. 4. tom. 1. dec. 403. num. 7. (6. Et mens probatur ex servitute a Familiari præstita Domino, v. g. Cardinali ex declaratione, et confessione ipsius Familiaris, et ex receptione servitii ex parte Cardinalis, et præstatione victus; Rota part. 4. tom. 1. dec. 433. num. 2, 4 et 6. (7. Dens vero probatur ex eo, quod quis habuerit partem a Cardinali in pecunia, victum, et habitatiōnem, Rota *ibidem* num. 8 et 9.

(8. Familiares Papæ sunt exempti a solutione pretii pro expeditione literarum pro suis Beneficiis; Sixt. IV. constit. 16. incip. *Divina*. (9. Familiares Papæ subduntur jurisdictioni Ordinariorum; Leo X. Constit. 10. incip. *Regimini*. (10. Familiares Papæ inferioris familiæ, etiamsi habeant pensiones, non tenentur gestare vestem clericalem;

(11. Sixt. V. Constit. 92. incip. *Cum sacrosancta* § 3. (12. Reliqui vero familiares Papæ tenentur, *ibidem*. Familiares Papæ exempti sunt a Gabellis, et ceteris oneribus camerilibus, et non includuntur in revocatione facta ab Innocentio X. (13. Idem Innocent. X., Constitut. 7. incip. *Et si ea*. Familiares Papæ non residentes possunt percipere fructus beneficii; cap. *Cum Dilectus, de Clericis non residentibus*. (14. Familiares tamen Papæ non percipiunt in absentia distributiones quotidianas; cit. cap. *Cum dilectus*, juncta Glossa communiter accepta in verb. *Fructus*; Fagnan. lib. 3. *Decretal.* in cap. *Licet*, 32, de *Præbend.* num. 99. Rota, part. 5. tom. 1. dec. 22. num. 16. (15. Papæ Familiarium, et Officialium Beneficia ubicumque morientium vacant in Curia; Extravagant. *de Election.* cap. *Ex debito*, Extravagant. *de Præbend.* cap. *Ad regimen*. (16. Papæ Officiales, Capellani, Nuntii, Delegati, etc., dicuntur tales durante Officio. *Ibidem*.

(17. Familiares Papæ ad effectum reservationis suorum Beneficiorum factæ in quarta regula Cancellariæ, sunt Cubicularii, et Scutiferi, ex Constit. 14 Leonis X. Milites Sancti Pauli, ex Constit. 36 Leonis X. Milites S. Petri, ex Constit. 23 Pauli III. Milites Pii, ex Constit. 5 et 16 Pii IV. Milites Lauretani, ex Constit. 33 Sixti V. Conclavistæ, ex Constit. 32 Sixti V. incip. *Circumspecta*; Commissarius Cameræ, ex Constit. 44 Sixti V. incip. *Ad excelsum*; Auditor Cameræ Confidentiarum, ex Constit. Sixti V. incip. *Divina Dei providentia*, et denique Paulus III, Constit. incip. *Sanctissimus*, declaravit reputari veros Papæ Familiares, et continuos commensales Referendarios, et alios Officiales ex Palatio panes habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotæ, Acolyths, Secretarios, Litterarum Apostolicarum scriptores, Cubicularios, reliquosque Officiales

deservientes, et custodiam facientes in Palatio Romani Pontificis pro tempore existentis, licet in eodem non habitaverint, nec in tinello comederint: quamvis enim illi revera non sint commensales Papæ, nec ullam partem victus illorum aliqui ab eo recipiant; tamen ex quo ipse Papa vult quod habeantur pro veris Familiaribus, et continuis Commensalibus, perinde est ac si realiter essent tales, et consequenter eorum Beneficia sunt reservata per regulam quartam Cancellariæ; Gonzal. *ad Reg. 8 Cancellar.* Glossa, 51, num. 16. Simoneta, *de Reservat.* q. 75, n. 25 et 27. Barbosa, *de Offic. et potest. Episcop.* part. 3. allegat. 57, n. 16, et alii.

(18. Familiares Cardinalium actu servientes sunt ab Ordinariorum jurisdictione exempti; Leo X. Constit. 10. incip. *Regimini*. Qui tamen actu Cardinalibus non inserviunt, non sunt exempti. *Ibidem*. (19. Familiaritatis enim privilegio non gaudent, qui habent literas Familiaritatis Cardinalium, si non sint vere Familiares; Rota part. 2. dec. 265. num. 5. cum requiratur vera, et non ficta, vel ex privilegio Familiaritas; Rota part. 12 dec. 174. n. 40 et 54. (20. Sunt tamen Familiares Cardinalium exempti ab Ordinariis, esto distent ab ipsis Cardinalibus ad recreationem; Leo X. in d. Constitut. incip. *Regimini*. (21. Familiares Cardinalium coram Auditore Cameræ conveniuntur; Julius II. Constit. 28. incip. *Decet*. (22. Familiares Cardinalium, et Famuli moriente Cardinali non possunt ab hærede exigere aliquid, quod sibi ex pacto non debetur. (23 S. Pius V. Constit. 15. incip. *Sanctissimus*. Beneficia, vel Dignitates Familiarium Cardinalium, etiam in Metropolitanis (ubicumque ii moriantur) vacant in Curia. Urbanus VIII. Constit. 6. incip. *Sanctissimus* cap. 4. (24. Si excedat valorem decem Florenorum, *ibidem*. Beneficia Familiarium Cardinalium etiamsi apud Sedem Apostolicam vacant, conferuntur cum consensu Cardinalium; Urban. VIII. in d. Constit. incip. *Sanctissimus*, cap. 32. (25. Beneficia Familiarium Cardinalium non censentur illa, quæ habent ratione officiorum, sed alia, quæ habent sive in Curia, sive extra. Urban. VIII. *ibid.* cap. 32. (26. Beneficia Familiarium Cardinalium morientium, si alias collatio eorum spectaret ad alium Cardinalem, tunc dari possunt ab isto, non expectato consensu illius Cardinalis, cujus erat Familiaris, Urbanus VIII. *ib.* cap. 33. (27. Quod si talis Familiaris moriatur in Curia, tunc Beneficia illa conferuntur a Papa cum consensu Cardinalis Collatoris, non vero Cardinalis Domini Familiaris mortui. Urban. VIII. *ibid.*

(28. Familiaris Beneficium dicitur reservatum, etiamsi is mortis suæ tempore Familiaris esse desiderit: sufficit enim ad hunc effectum, quod durante familiaritate Beneficia obtinuerit, quantumcumque parvo tempore duret familiaritas; Garcias part. 5. cap. 1. num. 279. Barbosa *de offic. et potest. Episcop.* alleg. 57. num. 113. et alii ibi citati. (29. Familiares Cardinalium non dicuntur, qui in eorum domibus habent expensas.

seu partem, non ut Familiares, et Servitores, sed ut amici, et consanguinei; Rota in una Salmant. et Abul. Benefic. 6 Jun. 1599. coram D. Penna, et in Hispalen. Archidiaconat. 20 Februar. et 26 Junii 1606, coram D. Justo. (30. Nuntius non potest concedere familiaritates, et exemptiones ab Ordinario alicui, qui sibi actu non serviat, nec a se victum habeat; Sacra Congr. Episcop. in Florentina 16 Jul. 1617.

(31. Episcopus Familiarem suum non subditum ordinare potest, si per triennium secum fuerit commoratus, et Beneficium, quacumque fraude cessante, statim reipsa illi conferat; Concil. Trid. sess. 23. cap. 9, *de Reformat.* (32. Debet tamen Episcopus quoad hoc attendere novam dispositionem Innocentii XII, in Constit. incip. *Speculatores Domus Israel*, ubi sic expresse statuitur: « Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diocesis subditum Familiarem suum ad aliquos Sacros, seu Minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat absque ejus proprii, Originis scilicet, seu Domicilii Prælati, testimonialibus litteris, et nisi ad præscriptum Concilii Tridentini Familiarem prædictum per integrum, et completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit. Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam juxta modum superioris præfinitum sufficiat, quacumque fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius mensis, a die factæ ordinationis reipsa illi conferat, ac in ordinationibus hujusmodi Testimonio expressam itidem Facultatibus, ac Litterarum prædictarum mentionem facere teneatur. » (33. Unde stante tali Constitutione Innocentii XII, non potest Episcopus Familiarem suum triennem ad titulum Patrimonii promovere ad Sacros Ordines, ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, nullo collato Ecclesiastico Beneficio. Sic expresse decrevit Sac. Congr. Conc. in Tricaricen. 27 Jul. 1697, in qua proposito dubio: « An stante novissima Constitutione Sanctissimi Domini nostri posit Episcopus Familiarem triennem ad titulum Patrimonii promovere ad Sacros Ordines ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesiæ, nullo collato Ecclesiastico Beneficio? » Respondit negative, et contra Garciam *de Benefic.* part. 2, cap. 5, num. 81. Barbosam in *summ. Dec. Apostolic.* verb. *Familiares* n. 14, et alios afferentes antiquum Decretum.

(34. Familiarem suum ordinare non potest Episcopus, si illi non contulit Beneficium, quamvis possideat aliquod in alia Diocesi; Sac. Congr. Conc. 22 Apr. 1617. (35. Immo Familiaris ordinatus ad titulum Beneficii, quod in alia Diocesi possidet, tamquam illicite ordinatus Suspensionem incurrit; Sac. Congr. Conc. in Fulginatens. 6 Septemb. 1687 in qua etiam monuit Ordinantem, ut consuleret conscientiam suam. (36. Non potest Episcopus ordinare Fratrem, seu Nepotem suum absque dimissoriis proprii Ordinarii, sub prætextu quod illum uti Familiarem retinuerit domi propriis expensis, etiamsi ei conferat Beneficium; Sac. Congr. Conc. in

Calatina 7 Februar. 1654. (37. Episcopus Sacros Ordines conferens in aliena Diocesi de licentia Ordinarii potest etiam ibidem ad Ordines promovere Familiarem sibi non subditum, in quo tamen requisita ex dispositione Sacri Concilii Tridentini concurrant; Sac. Congr. Conc. 22 April. 1604. (38. Episcopus dispensare non potest cum suo Familiari triennali alias non subdito super Interstitiis; Sac. Congr. Conc. 25 Jun. 1590, et sic decisum fuisse referunt Garcias *de Benefic.* part. 2, cap. 5, num. 86. Barbosa *de Offic. et potest. Episcop.* part. 2, alleg. 5, n. 14, (39. et ab ipso ibi citati. Episcopus tamen dispensare potest quoad Interstitia cum Familiari suo jam ordinato, cui collatum fuit statim Beneficium, quia ratione Beneficii collati, jam fuit effectus suus subditus; Sac. Congr. Conc. 26 Maii 1594. (40. Episcopus in casibus, in quibus potest ordinare suum Familiarem potest et illi dimissorias concedere; Barbosa loc. cit. num. 16. Campanil. *Divers. Juris Canonici* rub. 9, num. 6, et sic declarasse Sacram Congreg. Concilii refert Garcias *de Benefic.* part. 2, cap. 5, num. 97. (41. Episcopus Titularis prætextu cujuslibet Familiaritatis, aut continuæ commensalitates suæ, aliquem absque proprii Prælati expresso consensu, aut Litteris dimissoriis ad aliquos Sacros, vel Minores Ordines, vel primam Tonsuram promovere seu Ordinare non potest, quia ei, ex quo tantum sit Titularis, talis promotio est expresse interdicta per Conc. Trid. sess. 14, *de Reform.* c. 2, ibi: « Nemo Episcoporum, qui Titulares vocantur, etiamsi in loco nullius diocesis, etiam excepto, aut aliquo Monasterio cujusvis Ordinis resederint, aut moram traxerint, vigore cujusvis Privilegii sibi de promovendo quocumque ad se venientes pro tempore concessi, alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ, commensalitates suæ, absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut litteris dimissoriis ad aliquos Sacros, aut Minores Ordines, vel primam Tonsuram promovere, seu ordinare valeat. Contrafaciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter vero promotus ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo Prælati visum fuerit, ipso jure sint suspensi. »

(42. Familiares Papæ, vel Cardinalium (etsi Cardinales habitassent Romæ) atque etiam Episcoporum in Curia residentium, post triennium servitutis possunt de licentia ipsorum a Vicario Sanctissimi promoveri, dummodo tamen supradicti omnes sufficientem titulum habeant, et alia a Jure requisita. Sic decisum fuisse referunt Armendar. in addit. ad recompilat. legum; Navarr. lib. 1, tit. 18, lib. 7, *de Episcop.* in declar. n. 49 Barbosa loc. cit. n. 19, et alii apud ipsum. (43. Cardinales Presbyteri possunt conferre suis triennialibus Familiaribus Tonsuram, et ceteros Ordines Minores; Rota dec. 731. n. 10. part. 1. diversor. Barbosa *de Offic. et potest. Episcop.* part. 2. allegat. 3. n. 15. cum pluribus aliis ibi citatis. (44. Familiaris ut quis ad hunc et similem effectum dicatur, duo requirantur: *Primum*, ut habeat victum; *Se-*

cundum, ut fuerit destinatus ad aliquod certum servitium; Rota part. 1. recent. dec. 584. n. 3. (45. Barbosa loc. cit. n. 15. Triennium, in quo Familiaribus commorandum est cum Episcopis ad effectum, ut possint ordinari, sufficit, quod inceperit antequam fuissent Episcopi. Sic decisum fuisse referunt Garcias cit. cap. 5. n. 83. Barbosa loc. cit. alleg. 5. n. 8. et super Tridentin. sess. 23. *de Reformat.* cap. 9. num. 9. et plures alii ibi citati. (46. Et sic pariformiter est dicendum de triennio Familiarium Cardinalium. Triennium hujusmodi debet esse continuum; Campanil. in *Diversor. Juris canonici* rub. 9. cap. 9. n. 12. Navarr. in *Singul. canon. concl.* 103. n. 3. Barbosa d. alleg. 5. n. 9. et super Trident. loc. cit. n. 8. cum aliis ibi citatis.

(47. Familiares duos Canonicos sive de Cathedrali sive de Collegiata, et non plures pro servitio suae Diocesis assumere potest Episcopus; Sacra Congr. Concl. in Coloniens. 9. Septemb. 1628. (48. Familiaris Episcopi Canonicus, quem ille declaravit velle pro servitio suo retinere, lucratur integros fructus suae praebendae, quamvis numquam accesserit ad Ecclesiam, nec primam residentiam a statuto illius Ecclesiae requisitam fecerit; Sac. Cong. Concl. in Compost. 2 Julii 1633. (49. Familiares Episcopi etiam si sint Laici gaudent privilegio Fori; S. Cong. Episcop. et Regul. in Regien. 15 Febr. 1581. et in Turrutana 18 Maii 1603, et Sac. Congreg. Immunit. in una Montis Politiani 15 Jul. 1647. ubi declaravit ipsos Familiares Episcopi gaudere privilegio Fori, et posse deferre arma. (50. Familiares etiam Episcopi Titularis gaudere debent privilegio Fori, ita tamen ut conveniri debeant, et sint puniendi ab Ordinario loci, ubi degunt, non vero ab Episcopo, seu Archiepiscopo Titulari; Sac. Congreg. Immunit. in Regiens. 17 Jan. 1628. (51. Familiares Episcopi, et Ministri suae Curiae sunt omnino exempti a Foro Laico, Sac. Congregat. Immunit. in Adjacen. 11. Jun. 1704. Etiam Familiares Eminentissimorum Cardinalium gaudent privilegio Fori; Sac. Cong. Immunit. in Caesenaten. 30 Jul. 1680. (52. Episcopi tenentur dare nomen suorum Familiarium Curiae Laicali; Sac. Congr. Immunit. in Pannormitana 16 Aug. 1634. (53. Cognitio causae Familiaris actualis Archiepiscopi, scilicet Pincernae, deferentis arma prohibita vigore Edicti publicati a Curia Legationis spectat ad Forum Ecclesiasticum; Sac. Congreg. Immunit. in Ravennat. 17 Decemb. 1680. (54. Quoad incarcerationem Praefecti Camerae Nuncii factam a Curia Laica ob delationem armorum prohibitorum, licet die sequenti exarcerati de ordine Regis, Nuncius declaret Excommunicatos et carcerantes, et Corrigitorem, qui ordinavit, ut detineretur in carceribus; Sac. Cong. Immunit. in Ulyssipon. 6 Junii 1730. (55. In eadem causa datur Nuncio facultas absolvendi Corrigitorem, et alios carcerantes Praefectum Camerae d. Nuncii qui ob hanc causam missi fuere in exilium a Rege; Sac. Congr. Immunit. in Ulyssipon.

16. Februar. 1681. (56. Ob attentata facta a Regis ministris in Personam Familiaris Archiepiscopi, scilicet Aurigae, carcerati, processati, et justitiati, iidem Ministri Regii fuere ab eodem Archiepiscopo absoluti in forma Ecclesiae consueta. Ex decreto Sac. Congreg. Immunit. in Neapolitana 22. Julii 1660. (57. Fiscalis, quem Episcopus tenet in aliqua Civitate vel Castro in quo spirituales, et temporales jurisdictionem exerceat, tamquam ipsius Episcopi Familiaris gaudet privilegio Fori; Sac. Congreg. Episcop. 11. Decembris. 1626.

(58. Familiares, et Ministri Inquisitionis fruuntur indulgentiis, aliisque privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus concessis Crucesignatis. Paramus *de Origin. Inquisit.* lib. 2. tit. 1. cap. 3. num. 8. et cap. 4. per tot. Carena p. 1. *de Offic. Inquisit.* tit. 14. § 6. n. 25. card. Petra tom. 4. *Comment. in Constit.* 19. *Innocentii IV.* n. 3. et alii passim. (59. Et praesertim possunt deferre arma; Cardinal. Petra *ibidem.* n. 4. Familiares Inquisitionis fruuntur privilegio Fori inquisitionis. (60. Ita communis apud Paramum l. cit. lib. 3. q. 6. num. 27. et Card. Petram loc. cit. num. 5. et 6. et plurimos alios ibi citatos. (61. Familiares, et ministri Inquisitionis in Officio delinquentes puniri debent private ab Inquisitore, ut statuitur in Clement. 2. *de Haeretic.* et notant Gonzalez in c. *Dilecto de Offic. Archidiacon.* num. 12. Decian. *Tract. crimin.* lib. 3. cap. 22. Bobadil. in *Polit.* lib. 2. c. 17. num. 127. Petra loc. cit. num. 9. et pluries a Suprema inquisitione resolutum refert. Card. Albitius *de Inconst. fide* cap. 29. num. 48. (62. Familiares, et Ministri censentur in Officio delinquere, si in usu armorum delinquant, et per hoc puniri debent ab Inquisitore; Carena loc. cit. tit. 14. § 4. Card. Albit. cit. cap. 29. num. 10. Card. Petra loc. cit. n. 10. (63. Tales Familiares, et Ministri necessarii Inquisitioni, ii scilicet, sine quibus Inquisitores eorum munus commodè explere nequeunt, gaudent privilegio Fori, etiamsi extra Officium delinquant. Sic in casu Nuntii inquisitionis Senensis fuisse discussum in Suprema inquisitione, refert Card. Albit. cit. c. 29. num. 48. vers. *Ministri*, et vers. *Et in puncto*, et cum pluribus aliis tenent Card. Petra loc. cit. num. 22. (64. Familiares, et Ministri inquisitionis, sicuti nec ipsi inquisitores, si sint Beneficiati, in eorum absentia non lucrantur de jure distributiones, nisi ad id speciale privilegium obtinuerint. Sic pluries resolvit Sac. Cong. Concilii, et signanter in Toletana 4. Junii 1595. lib. 8. dec. pag. 40. et in Mediol. 4. Febr. 1635. lib. 15. decret. pag. 156. (65. Familiares, et ministri Inquisitionis non satisfaciunt praecipio annuae Communionis per hoc quod in Communione Generali fieri solita Feria V. in Cena Domini, ab inquisitoribus Eucharistiam sumpserint, sed illam sumere debent a proprio Parocho, ut resolvit Sac. Congr. Concl. in Neapol.

tana 3. Julii 1666. (66. Familiares, domestici, et continui commensales in Monasteriis Regularium degentes satisfaciunt praecipio Paschali recipiendo Eucharistiam ab ipsis Regularibus. Vid. verb. *Eucharistia* num. 17.

(67. Familiares Episcoporum illi solum gaudere debent privilegio Fori, quos in jure, et justa consuetudine loci cujuslibet, usque ad hunc diem pro Familiaribus, et Officialibus habitos, et deputatos esse, et haberi, ac deputari solitum est. Bened. XIV. tom. 1. Const. 85. incip. Alias § 9.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

Agit hic Auctor de Familiaribus Papae, Cardinalium, tum Episcoporum, at parce pro vastitate materiae. Disserere de his omnibus latius possemus, sed ne nimis, de Familiaribus tantum Episcoporum verba faciemus.

(68. Ex consuetudine primum Episcopi ordinare cœperunt Familiares suos triennales, quamvis nec originis, nec domicilii, nec Beneficii ratione sibi subditos; Gallier *de Sac. Elect. et Ordinat.* part. 2. cap. 3. § 2. ubi quod hæc consuetudo ortum habuit a Concilio Arausicano 1. sub Leone Papa I. celebrato. (69. Consuetudinem hanc approbarunt deinde Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 9. *de Reformat.* et S. M. Innocentius XII. in celebri constitutione, quæ incipit: *Speculatores*; sed certis additis conditionibus. Et constitutionem hanc comprehendere etiam Cardinales Episcopos, ut nequeant Familiares suos ordinare non servatis Legibus ab ipsa præscriptis, refutato Moreno, probat Monacell. in *Formular.* tom. 3. pag. 231. num. 46. et sequent.

(70. Plura vero concurrant oportet, ut Episcopus ordinare valeat Familiares suos triennales. I. Quod ordinet cum Litteris testimonialibus Episcopi originis, seu domicilii. Idque additum fuit a dict. Constitutione, et a Sac. Congregat. Concilii interp. in Laquedoniens. seu Bituntina Ordinationis 16. Novembris 1709.

II. Quod triennium sit continuum, nec notabili aliquo spatio temporis interruptum, ut refutato pariter Moreno firmat Monacell. in *Formular.* pag. 232. n. 43. et seq. Sufficit vero, quod triennium sit inceptum ante promotionem ad Episcopatum, ut rejecto Lamperez probat Riganti in *Comment. ad Regul. Cancellar., reg.* XXIV. § 3. a num. 14. ad plur. sequent.

FAMULI, FAMULÆ.

SUMMARIUM.

1. Famuli, et Famulae Monialium nullum habent privilegium sumendi Sacramenta, neque Sepulturam habendi in Ecclesia Monialium; sed subijciuntur Parocho, sicut ceteri Parochiani. — 2. Famuli Regularium, qui non sunt eorum commensales, sed cum Sæcularibus exteris extra Monasteria habitant, subjacent quoad Sacramenta et sepulturam proprio Parocho, ac alii Parochiani. — 3. Famuli autem, qui sunt continui Commensales in Monasteriis Regularium degentes, subjacent omnino ipsi Regu-

III. Quod familiaris toto triennii tempore manserit sub his, oculis et presentia Episcopi, illius obsequio, et servitio addictus. Quare si manserit extra Diocesim, et Civitatem in qua Episcopus residet, quamvis expensis Episcopi, non poterit ab eo ad Ordines promoveri; Monacell. *eodem loco* pag. 233. n. 57. ubi refutat Morenum, qui tenet Familiarem non in ædibus Episcopalis, sed tantum intra Diocesim Episcopi domini sui, aut licet extra Diocesim, prope tamen ipsam manentem, non prohiberi ad Ordines ratione absentiae promoveri. Cohabitatio vero in eodem palatio Episcopali non requiritur, ut, reprobatu Lamperez, firmat Riganti ubi supra num. 131. Nequit autem Episcopus, ut recte monet Auctor num. 36. Nepotes, et consanguineos secum simul in eodem Palatio, etsi per triennium habitantes, et ab ipso victum recipientes, ordinare, nisi revera inserviant, ita ut sint Familiares. De eo vero questio est an Episcopus ordinare valeat Familiarem triennalem Familiaris sui. Et affirmat Riganti eodem loco, num. 163 et seq. dummodo Subfamiliaris ille vivat expensis ipsius Episcopi, et sub ejus oculis una cum Familiari semper manserit.

IV. Quod conferat ordinato intra mensem a die factæ ordinationis Beneficium sufficiens ad congruam sustentationem juxta taxam Diocesis ejusdem Episcopi domini, et ea deficiente juxta morem Regionis. Quod si Beneficium sit tenue, nequit quod deest suppleri adjectione patrimonii, vel etiam pensionis, et quidem non obstante necessitate, vel utilitate Ecclesiae. Cæterum si Episcopus Familiari seu Clerico, ante completum triennium familiaritatis, Beneficium sufficiens conferat, non prohibetur illum ulterioribus Ordinibus insignire triennio nondum elapso. Hoc enim casu ordinatio non sequitur ratione familiaritatis, sed Beneficii, Riganti. loc. cit. num. 161.

(71. Reliquum est, ut examinemus an Episcopus, sicuti potest ordinare Familiarem suum triennem, ita impertiri ipsi possit litteras dimissoriales ut ab alio Episcopo ordinari valeat. Negat post alios Fermosin. in cap. *Quoad translationem* quæst. 5. num. 28. *de Tempor. ordin.* At cum Auctore affirmat Riganti ubi supra num. 167. et plur. seq. Idque quia si licet Episcopo, quod plus est, ordinare, licere debet, quod minus est, concedere dictas litteras dimissoriales.

laribus quoad Sacramenta, et Sepulturam. — 4. Famuli, et Famulae tenentur suis Dominis aliquo modo prestare ea quæ filii præstant parentibus. — 5. Hinc peccant graviter, et tenentur ad compensationem damni, si non laborant, nec serviant juxta debitum. — 6. Item graviter peccant, si grave damnum inferant, vel inferri permittant, cum impedire possint. — 7. Et si tale damnum inferatur in rebus, quarum cura est eis specialiter commissæ, tenentur insuper ad restitutionem. — 8. Item graviter peccant, si sine gravissima causa discedant a Domino ante elapsam terminum. — 9. Item graviter